



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Nonvm. Ex eodem. De illis qui ecclesias incenderunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

sacrificiis diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam Conciliorum, panem tantum & calicem vino & aqua permixtum. De cetero aliter quam præceptum est faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad gradus sui officium redeat quod amisit.

OCTAVVM.

Ex decreto Iuonis Carnotensis desumptum.

Quid sit ecclesia.

Ecclesia Græcum nomen est quod in Latinum vertitur conuocatio, * propter quod ad se omnes vocet. Catholica (id est vniuersalis) ideo dicitur, quia per vniuersum mundum est constituta. Vel quoniam catholica, hoc est generalis, in eadem doctrina est ad instructionem.

In decret.
Iuo. lib. 1.

* pro-
pterea
quod

NONVM.

Ex eodem.

De illis qui ecclesias incenderunt.

Si quis ecclesiam comburit, quindecim annos pœniteat, & eam sedule restituat, & precium pauperibus distribuat.

In decret.
Iuo. lib. 6.

DECIMVM.

Ex eodem.

Libertam domino legitime nubere posse.

Si quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimonio sibi sociauerit, dubitabatur apud quosdam, vtrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentem, talia connubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimaremus?

In decret.
Iuo. lib. 6.